



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Sepulcrum pietatis gratia visitatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Fundamenta iecit, multa præclara  
 documenta dedit. Ei, quasi qui-  
 dam Friburgēſium Patronus, Ec-  
 cleſiæ per Heluetiam Patriarcha,  
 religionis Catholicæ ſui temporis  
 columna, toto Chriſtiano orbe  
 notiſſimus, fide, prudentia, inde-  
 feſſo ſcribendi labore, abſtinentia  
 perenni, grauitate, animi puritate,  
 flagrantifſimo Dei amore, multa-  
 que ſanctitate clarifſimus, migra-  
 uit ad Chriſtum feſto ſancti Tho-  
 mæ Apoſtoli, M. D. XCVII. an-  
 no ætatis LXXVII.

Sepulchrum hodie inter primaria vrbis loca Sepulchrum pio-  
tatis gratia  
frequenter  
 numeratur, magnaq; pietate frequentant ciues,  
 inuiſunt aduenæ haud ſine diuinæ experimento

Ee                      beni-

Quadam per  
eum sanctus  
beneficium im-  
petrata.

benignitatis venerandas famuli sui reliquias honorantis. Ad exequias pia Matrona accesserat morbo comitiali obnoxia, sperans sacri corporis actu, Beatæ animæ precibus valetudinem sibi reddendam: quæ ubi quantum licuit, coram sacro corpore orans, adstitit, eodem iam condito occultavit se, & includi passa est, cum Templi fores occluderentur. Inde totam noctem ad beati viri sepulchrum vigil perseveravit, per eius merita, & patrocinium valetudinem rogans. Nec deinceps vnquam eo malo tentata est. Ita primo statim die, quo terræ mandatum est famuli Dei corpus, tanquam generosum semē in salutem mortalium cœpit admirandis beneficiis reflorescere: ut agnosceres vigere, ac pollere animum: nec pristinam siue voluntatem elanguisse, siue defecisse facultatem benignè faciendi. Non multi ab sepultura intercesserant dies cum aliæ, atq; aliæ extitere fruges.

Christophorus Reiffius senatorio ex ordine prolapsus ex equo, multis inde incommodis sextum iam mensem grauiter conflictabatur: interdum acribus adeo torquebatur doloribus, totos ut decumberet dies: aliàs vero, si quid negotij ad-  
mini-